

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschieden] 1559**

Scena III.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

H E A V T O N .

Eademq; ut apud te esset ob hoc quam gratissima .  
 Sed heus tu uide , sis , ne quid imprudens ruas .  
 Patrem nouisti , ad has res quàm sit perspicax :  
 Ego te autem noui , quàm esse soleas impotens .  
 Inuersa uerba , euersas ceruices tuas ,  
 Gemitus , sreatus , tussis , risus , abstine .

Clit. Laudabis . S. uide sis . Clit. tutemet mirabere .

Sy. sed quàm cito sunt consecutæ mulieres ?

Clit. Vbi sunt ? cur retines ? S. iam nunc hæc non est tua .

Clit. Scio , apud patrem , at nunc interim . S. nihilo magis .

Clit. Sine . S. nõ sinã inquã . Clit. quæ so paulisper . S. ueto .

Clit. saltem salutare . S. abeas , si sapias . Clit. eo , quid

istic ? S. manebit . Clit. o felicem hominem . S. ambula .

ACTVS SECVNDI SCENA III.

BACCHIS, ANTIPHILA

CLINIA, SYRVS.

B. Depol Antiphila mea laudo te , & fortuna-  
 æ tam iudico ,  
 Id cum studuisti , isti formæ mores ut consimiles forent .

Minimeq; ( ita me dij ament ) miror , si te sibi quisque expetit .

Nam mihi , quale ingenium haberes , fuit indicio oratio tua .

Et cū egomet nūc mecum in animo uitã tuã considero ,  
 Adeoq; uostrarum omniũ uolgus quæ ab sese segregant .  
 Et uos esse istiusmodi , et nos nõ esse , haud mirabile est .  
 Nam uobis expedit esse bonas : nos , quibus cum res est ,

non

non sinunt .

Quippe forma impulsit nostra nos amatores colunt :  
 Hæc ubi immutata est , illi suum animum aliò conferunt .  
 Nisi prospectum est interea aliquid nobis , desertæ ui-  
 uimus .

Vobis cum uno simul ubi ætatem agere decretum est uiro ,  
 cuius mos maxime est consimilis uostrum ; hi se ad uos  
 applicant ;

Hoc beneficio utrique ab utrisque uero deuincimini ;  
 Ut nunquam ulla amoris uostro incidere possit calamitas .

An. Nescio alias : me scio quidem semper fecisse sedulo ,  
 Ut ex illius commodo meum compararem commodum .  
 Clin. ah.

Ergo mea Antiphila tu nunc sola reducem me in pa-  
 triam facis .

Nam , dum abs te abs sum , omnes mihi labores fuere ,  
 quos cepi , leues ,  
 Præterquam tui carendum quod erat . S. credo. Cli. Sys-  
 re , uix suffero .

Hoc cene me miserum non licere meo modo ingenio frui ?  
 Sy. Immo , ut patrem tuum uidi esse habitum , diu etiam  
 duras dabit .

Ba. Quisnam hic adolescens est , qui intuitur nos ? A. ah ,  
 retine me obsecro .

B. Amabo , quid tibi est ? A. disperij . B. perij misera , quid  
 stupes

Antiphila ? A. uideon' Cliniam , an non ? B. quæ uides ?  
 Cli. salue anime mi .

A. O mi expectate Clinia. salue. Clin. ut uales ?

An. Saluom uenisse gaudeo. Clin. teneo ne te

Antiphila,

Quo maxime apud te se ualere sentiet,  
Abiturum se abs te esse illico minabitur.

Me. Videre uerum, atque ita uti res est, dicere.

Ch. Somnum hercle ego hac nocte oculis non uidi meis,  
Dum id quaero, tibi qui filium restituerem.

Me. Cedo dextram: porro te oro idē ut facias Chreme.

Ch. Paratus sum. ME. scin', quid nunc te facere uolo?

Ch. Dic. M. quod sensisti illos me incipere fallere,  
Id ut maturent facere. cupio illi dare,

Quod uolt: cupio ipsum iam uidere. CH. operam dabo.

Syrus estprehendendus atque adhortandus mihi.

A me nescio quis exit: concede hinc domum,

Ne nos inter nos congruere sentiant.

Paulum hoc negocii mihi obstat: Simus, & Crito

Vicini nostri hic ambigunt de finibus:

Me cepere arbitrum: ibo, ac dicam, ut dixeram,

Operam daturum me, hodie non posse his dare.

Continuo hic adero. ME. ita quaeso. diu uostram fidem,

Itan' comparatam esse hominum naturam omnium,

Aliena melius ut uideant, & iudicent,

Quam sua? an eo fit, quia in re nostra aut gaudio

Sumus praepediti nimio, aut aegritudine:

Hic mihi nunc quanto plus sapit, quam egomet mihi?

Ch. Dissolui me, ociosus operam ut tibi darem.

## ACTVS TERTII SCENA II.

SYRVS, CHREMES.

Sy. Ac illac circuncursa: inueniendum est tamen

h Argentum, intendenda in senem est fallacia.

I Ch.